



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

31. An Reges possint se intromittere, quando ab aliquo Episcopo non
servatur aliquod Decretum Concilij Tridentini? Ex part. [1.] tr. 2. res. 102.
aliàs 101.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. XXXI.

An Reges possint se intrmittere, quando ab aliquo Episcopo non seruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 102. alias 101.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder, loquens de Rege Hispaniarum, Bobadill, in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 194. & Ceuallos, tract. de cognit. per viam viol. p. 1. gloss. 6. n. 62. & p. 2. q. 3. n. 9. & q. 99. n. 16. vbi sic asserit: En nuestra Espana se practica, que el Rey nuestro Señor, y su Real Consejo, sea luz competente, para que se guarde el Concilio Tridentino.]
 2. Sed istam practicam non solum Theologi, sed etiam Iurisperiti minime admittunt; vnde Pereira in tract. de man. reg. p. 1. c. 8. n. 11. sic ait: [Respuenda est illa praxis, quæ maximè inualuit pluribus sententis Senatus corroborata, quod ad regium Tribunal supplicare liceat, quoties aliquod Concilij Tridentini decretum ab Episcopo non obseruatur, quasi Reges sint Concilij Protectores: hoc enim repugnat ipsi Concil. sess. 21. de reform. cap. 3. nec his casibus violentia inest, cui occurrì per sacularem debeat.] Ita ille, & ego. Quando igitur Episcopus non obseruat aliquod Concilij Decretum, recurrendum est ad Archiepiscopum, & non ad Regem.

RESOL. XXXII.

An residentia Episcoporum pertineat ad principes saculares? Ne item Episcopi Ecclesiarum bona dissipent, ne decimas fructuum præterquam consuetas exigant, & alia similia faciant, &c. Ex part. 3. tract. 1. Ref. 42.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent aliqui, & sic asserit Ortiz in summa cap. 6. num. 3. [Pucden los Reyes hazer que los Obispos y Curas residan.] Sed contrariam sententiam omnino tenendam esse puto cum Filliucio tom. 2. tr. 28. p. 2. c. 9. n. 136. & Azorio p. 2. lib. 1. c. 7. vbi sic ait: Si quæras an Regum sit prohibere, vel curare, ne Episcopi abint à suis Ecclesiis vltra tempus canonico iure constitutum, ne item Ecclesiarum bona dissipent, nec decimas fructuum, præterquam consuetas, exigant, &c. Respondeo hæc, & alia similia Regum non esse, quia laici in Clericos potestatem, & iurisdictionem non habent, & possunt monere Romanum Pontificem, vt curet disciplinam Ecclesiasticam ab Episcopis seruari. Sic Azorius, & Filliucius.

RESOL. XXXIII.

An Principes seu Ministri Regij faciendo literas honoratorias ad Episcopos, vt ab aliqua mala determinatione desistant, vt est in vsu in Regno Neapolitano, faciant contra libertatem Ecclesiasticam, & incendant in censuras Bulla? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 55. alias 54.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Coriolanus in Bull. Cæna excomm. 16. vbi sic habet: [Hortatoria hæc non cõprehenduntur, est autè hortatoria, litera amicabile si Episcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens ab officialibus secularibus hortatur, vt desistat à faciendo talia.] Idem etiã docet Megal. in 3. p. lib. 3. cap. 19. n. 6. quia verba exhortatoria solum consilium important, & necessita-

tem non inducunt; nisi tamen in his literis Princeps preceptoris verbis vteretur, & non tantum exhortatoris; nam in tali casu res esset multum scrupulosa: nam preces Principum mandato æquiparantur.

RESOL. XXXIV.

An Ministri Regij possint desinere in Cancellariis Bullas Apostolicas ad examinandum, & executioni mandandum? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 13. alias 12.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Iurisperiti, & præcipuè Ceuallos in tract. de cognitione per viam viol. in Prolog. n. 157. glossa 6. n. 6. & Glossa 7. n. 33. Ioan. de Hevia in Curia Philipp. p. 1. §. 5. n. 5. Sella de inhibitionib. iust. Arag. c. 8. §. 3. n. 83. & 88. Cenedus in quest. canonicis, quest. 45. num. 21. & sequent. Flores de Mena, Couarruias & alij; & ex Theologis hæc sententiam videtur approbare Malderus, Episcopus Antuerpensis, in 2. 2. quest. 5. art. 10. dub. 8. in fine, vbi sic ait: [Non videtur improbabile, quod Couarruias pract. 99. cap. 35. accuratè tradidit, ex Papæ consensu præscriptione, vsu immemorabili, & euidenti spiritualis regimini vsu litate, Tribunalia regia in quibusdam regnis ritè ita practicare, vt sine sua permissione, & consensu nequeant quædam apostolica mandata executioni mandari.] Ita ille. Sed hæc magis absolutè docuit Rodriguez in Addit. ad §. 9. Bullæ Cruciate, fol. mibi 159. sic asserens: [Dudase mas, si los Reyes, Principes, y Oydores de los Cõsejos Reales, deteniendo las letras apostolicas, quedan descomulgados por la Bulla de la Cena: y respondo que no, porque el Iuez Ecclesiastico no los tiene por descomulgados, ni su Santidad, sabiendo que lo hazè de ordinario, los declara por tales, ni el pueblo Christiano los euita.] Hieronymus Llamas in instruct. Confess. p. 1. cap. 7. §. 19. sic ait: [Est aduertendum, quod ab immemorabili Reges Hispaniæ examinant literas Apostolicas, sic gratiæ, sicut iustitiæ, cum omni reuerentia, & subiectione, solum ne dolosa, suspectæve sint, vel furtiua, & subreptitiæ; & hoc cedit in obsequium Apostolicæ Sedis; & si ij limites non exceduntur, hoc non damnant Summi Pontifices, neque censuris vetant; secus si malitiosè, & caute losè id fiat, in fauorem vnus, & damnum alterius.] Et ex Iacobo de Grassis in decis. p. 1. lib. 4. c. 10. n. 120. videntur adesse concordata inter Pontificem, & Regem nostrum super hoc: nam ita loquitur: [Consideratis, visisque literis de hac re à Papa Regi Philippo missis, & è contra, censeo non esse condemnandos, nec incurrere excommunicationem Regis Magistratus, expedites Regium Exequatur, & illud impetrantes, donec aliter à Sede Apostolica decisum fuerit. Cauent autem ministri Regis, cuius mens sanctissima est, in non inferendo præiudicium sanctæ Sedi Apostolicæ; neque diuexent negotiatores in non expediendo Regium Exequatur.] Ita de Grassis. Vide etiam Henriquez lib. 4. c. 12. n. 6. in Glossa lit. Q. & Ioan. de la Cruz de Statu Relig. lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 2. concl. 1.

2. Sed his non obstantibus, communiter Theologi docent, nullo modo sustineri posse vsum retinendi, & examinandi literas Apostolicas per laicam potestatem: vnde quia Zerola in praxi, p. 1. ver. Litera Apostolica, affirmatiuam sententiam docebat in editione facta Lugduni; ex permissione Magistri Sacri Palatii, in loco citato fuerunt apposta in margine hæc verba: *Cautè lege: nam sunt hæc contra auctoritatem Apostolicam, & iurisdictionem Ecclesiasticam.* Et idè hanc secundam opinionem mordicus tenet Filliucius

Sup. hoc in Ref. leg. & infra in Ref. 47. §. Igitur ad medium, sed lege cam per totam, & alias eius tunc ann. & ex Ref. 92. §. Et idè in fine.

INLATI
 TROUL
 OXOX
 E III